


\*\*\*\*\*  
d  
e  
a  
s,  
r  
a  
c  
e  
s-  
c  
e  
n  
s  
e  
e  
i-  
e  
o  
n  
o  
e,  
n  
n  
t  
i  
e,  
et  
\*\*\*\*\*  
excogitare ac stabili ratione providere quibus excita in Eucharisticum Sacramentum studia neudquam fugacia labantur, sed mensura consistant. Optima hæc sane, atque apprime digna quæ in catholicis cœtibus ab Episcopis präcipua quadam cura excolantur. Hæc omnia quæ iam pridem commentaria ad Nos ex longinqua detulerant America, quæque litteris primum, et postea, coram referens, verbo tenuis exornavit qui nomine et auctoritate Nostra conventui präfuit, Venerabilis Frater Noster Vincentius Vannutelli, Prænestinorum Episcopus, libuit nuper ex litteris quas ad Nos dedisti iterum accepisse, iterumque lætasse. Spem bonam fovemus fore ut ex celebratis solemnis Canadensis Ecclesia haud exiguum capiat incrementum. Hoc sane votorum Nostrorum est maximum; illudque divinæ benignitati tuæque navitati vehementer commendamus. Tibi demum, Venerabilis Frater, tuæ diœcesis clero populoque, nec non iis omnibus qui Marianopolitano Conventui interfuerunt, auspicem divinorum munerum Nostræque testem benevolentiae, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die III Novembris anno MCMX, Pontificatus Nostri octavo.

A handwritten signature in black ink, appearing to read "Pius PP. XI". The signature is fluid and cursive, with "Pius" on top, "PP." in the middle, and "XI" at the bottom right.